prosequendis faciendo ac commissa omnia poenas simplicibus vel duplicatis
evasiones suspensiones fatalis iuris processus Terrestris bellis conventi-
ones aliaque quibusvis iuris remedia et defensiones non subterfugiens
et quovis modo evadens Consentit super vero contentis ad commissa omnia mediante

1707
1302

Zołczynskie Plenipotens

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus
Premisliensis Nobilis Gabriel Zołczynski sanus mente et corpore exi-
stens a terris districtibus iuribus iurisdictionibus quibusvis
propriis et competentibus recedendo praesenti vero Iurisdictioni Castrensi
Capitaneatus Premisliensis quoad Actum modernum attinet se cum successoribus
bonisque suis quantis omnibus totaliter ac plenarie incorporando sub[i]-
endo pariterque libere publice atque expresse recognovit Quia ipse
causas et actiones suas iudiciarias coram quovis Iu-
dicio Castrensi causas et actiones suas iudiciarias coram quovis Iu-
dicio et Officio regni cum quibuscunque personis occasione quavis
verbis et iniuriarum habitis et habendas Generosos ac Nobiles Gaspa-
rum Nicolaum Borkowski Gasparum Stanislaum Czaykowski Jo-
annem Chruscicki Joannem Sulatycki Ludovicum Kleczynski in
suos veros et legitimos plenipotentes sufficientesque et indubitatos
mandatarios eligit facit constituit et praesentibus solenniter inscribit dans
et concedens eisdem plenipotentibus suis tam omnibus coniunctim quam
cuilibet illorum seorsim plenariam facultatem absolutam et omnimodam
potestatem causas suas Iudiciarias quaslibet omnes coram quovis Iudicio et
Officio regni incidentes necnon sive recognoscenti attentandi tuendi de-
fendendi promovendi decreta quaevis suscipiendi a contrariis pro-
vocandi solummodo vero Generoso Borkowski alios plenipotentes in lo-
cum sui substituendi substitutosque revocandi Omnibus vero
iuramenta attentandi poenas iudiciarias levandi de levatis et per-
ceptis quietandi Intromissiones in bona et poenas offerendi et acce-
ptandi aliaque munia et Officia veros et legitimos plenipotentes de
iure Terrestri convenienti gerendi et exercendi Promittens et in-
scribens se id totum quidquid per dictos plenipotentes suos tam omnes

continuatio

contineatur quam acceptabit. Illud eorum in promissis parvans actus gestus constitutus fuerit pro valido firmo et grato et acceptum non secus ac si ipsemet recognoscens permissa omnia egisset constituisset. Hanc plenipotentiam suam ad triennium integrum duraturam robur suum habituram declarans praesentis scripti

patrocinio.

~~1193~~ 1309

Fredro Hospitali Premislien: in Vim Reemption: inscribit

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premislien. Generosus Andreas Maximilianus a Pleszowice Fredro ex Generoso Georgio Stephani Fredro Dapiferi Premisl. filius bonorum villae Pockowice haeres sanus mente et corpore existens a terris districtibus juribus jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesentibus Terrae Jurisdictioni Castrensi Capit. Premisl. quoad actum modernum attinet se cum successoribus bonisque suis quibusvis omnibus totaliter ac plenarie incorporando subjiciendoque palam libere publice ac personaliter recognovit. Quia cum verissimum sit quod Spiritus Sanctus per os David locutus est, beatus qui intelligit super egenum et pauperem, in die mala liberabit eum Dominus, pauperum quoque et egentium curam adeo meritoriam esse ipsa divini eloquii testatur authoritas, utpote quicunque nuda Christi membra texerit vestiverit et refecerit ei paratum esse a Deo Patre Regnum gloriae caelestis certissime constat, proinde memoratus recognoscens novissimorum suorum memor, hac salutari semita piarum in pauperes largitionum ad aeternitatem tendere satagens, ex opere christianae Charitatis etiamnunc inopiae pauperum summam duorum Millium florenorum pecuniae Polonicae monetae et numeri in regno currentis pauperibus in hospitali Premisliensi ad aedes sacras tituli Sancti Spiritus in suburbio Leopoliensi degentibus nunc et pro tempore existentibus hospitali inscribit eandemque summam in bonis suis praefatis propriis et haereditariis nempe villa Pockowice in terra et districtu praesenti Premisliensi consistentibus cum omnibus necessitatibus bonorum iure dominio et proprietate competentiaque et prerogativa quam omnibusque et singulis bonorum eorundem